

IUSTI LIPSII
EPISTOLICARVM
QVAESTIONVM

LIBRI V.

*In quibus ad varios scriptores, pleraeque ad
T. Liuium, Notae.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij;

M. D. LXXVII.

INSTITUTI
EPISTOLICARUM


QUESTIONUM

SUMMA PRIVILEGII.

REGIÆ Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis *Institi Lipsij Epistolicarum Questionū* libros quinque, citra Christophori Plantini Architypographi Regij voluntatē, intra octo annos, imprimat, vel alibi impressos importet, distrahat, venalē sive habeat per omnes eius ditionis fines, sub pœna confiscationis, & graui mulcta: vt latius patet in litteris datis Bruxellæ vigesima Augusti, Anno M. D. LXXVI.

Signat.

Iac. Blykeno.



ANTWERP
EX OFFICINA CHRISTOPHORI PLANTINI
ARCHITYPOGRAPHI REGII
M. D. LXXVI.

AD AMPLISSIMUM
ET NOBILISS. VIRVM,
D. IOANNEM SCHEYFFIVM,
MAGNUM BRABANTIAE
CANCELLARIUM.



VAESIVI, VIR AM-
plissime, cui libri huius
munus deferrem: nec in-
ueni cui magis vellem,
cui magis deberem, quàm
tibi. Vellem, quia vnus
eximiè inter Belgas intelligis hoc genus an-
tiquae doctrinae, & quia intelligis, amas: de-
berem autem, propter illustres & in ore
omnium virtutes tuas. Et virtutes dico
publicas priuatâsque. Multos iam annos in
summo isto patriae tribunali quasi clauum
iustitiae tenes. tenes autem ita, vt, quod ad-
mirabile sit in tam varia & diffusa iuris-
dictione, effugeris non solùm querelas bono-
rum, sed etiam calumnias improborũ. Me-
ritò. amant enim homines te, quia hominem
in iure deponis: & libenter acquiescunt de-
cretis tuis, quia tu iustitiae non excedis.

†

2

Iubes

IVSTI LIPSII


EPISTOLICARVM

QVAESTIONVM,

LIBER PRIMVS.

EPISTOLA I.

IVSTVS LIPSIVS IACOBO CVIACIO, IC.



N Pandectis, Cuiaci, tãgi video mo-
rem antiquum, nec mihi penitùs
perspectum, nec vulgò cognitum.
De quo tamen iudicium meum sus-
penſa manu proferam: ſi non aliud,
vt eliciam tuum. Tit. de Pœnis.

L. XXIIIX. Callistratus ait:

Solent quidam qui vulgò se iuvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentibus se adclamatibus popularium accommodare. qui si amplius nihil admiserint, fustibus caesi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur, quod si ita correcti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt.

Qui isti iuvenes? Primùm, puto eos pertinuisse ad Circum & theatta, ait enim: *aut etiam spectaculis interdicitur.* Deinde, cùm in theatris varię partes & studia populi essent, huic histrioni, aut illi aurigæ fauentis; quæ sepe in apertam seditionem desierunt: fuisse quosdam quasi duces theattalium motuum, qui in quaque factione signiferi essent turbarum & clamorum. Quorum alij vulgò iuvenes dicti sint, fortasse & alij veteres. Res tota originem habuit à Nerone, de quo Suetonius:

Quid iuvenes in Pandectis.

A

Capitulum